

DOCUMENTI  
RELATIVI ALLA STORIA  
DELLE  
COLONIE ALBANESI  
IN SICILIA

---

PIANA DEI GRECI



CATANZARO

OFFICINA TIPOGRAFICA DI GIUSEPPE CALIÒ

45, Via XX Settembre, 45

1898



## I.

**I**L Card. M.<sup>r</sup> Ludovico II<sup>o</sup> de Torres, Arcivescovo di Morreale, addì 21 novembre 1606, accogliendo a Corleone, dove si trovava in discorso di visita, un memoriale presentatogli a nome dell' Università e dei Giurati di Piana, conferma l'atto primordiale relativo alla fondazione della Colonia medesima, rogato a 30 agosto VI Ind. 1488 da Notar Nicolò Altavilla cittadino palermitano, in seguito allo assenso dell' R. G. C. ottenuto addì 13 gennaio 1487, con cui si autorizzava il Rev. D. Nicolao Trullenchi, procuratore generale del Card. D. Giovanni Borgia (allora residente in Roma) e governatore dell' Arcivescovado e della Città di Morreale, a concedere ad alcuni Albanesi di rito greco i due feudi di MERCO e di AYNIDINGLI, nel Val di Mazzara, allo scopo di fondare ivi un Casale e di abitarlo, sotto alcuni patti e condizioni nell'atto medesimo inseriti e specificati.

« Ludovicus miseratione Divina S. R. E. Presbiter Cardinalis, Sanctae Metropolitanæ Montis Regalis Ecclesiae,  
 « Archiepiscopus et Abbas ejusdemque Civitatis Montis Regalis et status Dominus in spiritualibus et temporalibus.

« Universis et singulis officialibus eiusdem Civitatis Archiepiscopatus et terrae Planæ dicti Archiepiscopatus et  
 « totius Regni eiusdem maioribus et minoribus, praesentibus



« et futuris, cui vel quibus praesentes praesentatae fuerint  
« fidelibus Regis et dilectis nostris salutem.

« Da parte della Università et terra della Piana siamo  
« stati supplicati, et per noi provisto del tenor che segue:

« *Vid.* Illustrissimo et Reverendissimo signor etc. Car-  
« dinale e Padrone osser.<sup>mo</sup>. La Università et Jurati della  
« Terra della Piana di V. S. Illustrissima dicono che haven-  
« do li Antecessori loro venuti ad habitare questo suo Ar-  
« civescovato et Stato di Monreali, fu apattato fra essi pri-  
« mi habitatori et la bona memoria del Reverendo Don Ni-  
« colao Trulenci, olim Governatore et Procuratore generale  
« di esso Arcivescovato di Monreali, et fatto atto publico,  
« sotto certi clausuli, conditioni, patti ed altri in quello adiecti,  
« celebrato nelli atti del quondam Nicolao de Altavilla il  
« dì XXV (1) di agosto VI Ind. 1488, obtenuta prima la  
« licentia della Regia Corte per virtù di letteri dat. in Paler-  
« mo il dì VIII di gennaio VI Ind. 1487 alle quale si abbia  
« relatione. Quale precalendato atto fu confermato per la  
« recolenda memoria del Cardinale Farnese, antecessore di  
« V. S. Illustrissima, et dopo per la felice memoria dello  
« Arcivescovo Don Luigi de Torres, et poi per V. S. Illu-  
« strissima et Reverendissima come di mano loro propria  
« sottoscritto in detto atto seu privilegio apparì et sotto  
« quelli patti et conditioni si ha visuto et si vivi per essi  
« supplicanti; perciò supplicano sua Signoria Illustrissima  
« et Reverendissima si degni restar servita ordinare et co-  
« mandare che si faccino lettere osservatoriali del precalen-

---

(1) Ambedue erronee sono le date di cui fa cenno la supplica dei Giurati qui inserita, come chiaramente appare da quelle che trovansi apposte in calce alla lettera d'assenso della Regia Gran Curia, e nell'atto rogato da Notar Altavilla. Penso però che i supplicanti ben conoscessero come la decisione d'assenso fosse stata presa dalla R. C. addì 8 gennaio 1487, quantunque la spedizione della lettera relativa fosse avvenuta solo cinque giorni dopo, e che per la compilazione del privilegio, il Notaro avesse impiegato altri quattro o cinque giorni.



« dato atto seu privilegio et di novo si confermi da sua  
« Signoria Illustrissima et Reverendissima Cardinale e Pa-  
« drone, acciò appari per l'avenire, et ita supplicant ut Al-  
« tissimus, et questo lo ricevono per sua gratia, essendo in  
« discorso di visita.

« Annuimus VII Novembris 1606. Ludovicus Cardinalis;  
« Thomas de Erranti Mag. Not. in discursu visitae. Il quale  
« Privilegio et atto è del tenor che anco segue:

*Vid.* In nomine Domini Nostri Iesu Christi. Amen. Anno  
ejusdem Domini MCCCCLXXXVIII Mens. Augusti, Die. XXX  
eiusdem Mensis VI Ind. Regnante Serenissimo et Illustris-  
simo Domino Ferdinando Dei gratia invictissimo Rege Ca-  
stellae, Aragonum, Siciliae, Legionis, Toleti, Valentiae, Por-  
tugalliae, Galitiae, Maioricarum Hispalis, Gennis, Algarbiae,  
Algezirae et Gibraltariae, Comite Barchinonae, Domino Bi-  
scayae et Molinae, Duce Athenarum et Neopatriae, Comite  
Rossilionis et Ceritaniae, Marchione Oristani et Comite Gocea-  
ni; Regiminis vero eius regni praedicti Siciliae anno XIX<sup>o</sup>,  
Castellae et Legionis XVIII<sup>o</sup> (1), Aragonum autem et aliorum  
IX<sup>o</sup> feliciter. Amen.

Nos Ioannes de Vula (2) iudex Civitatis Montis Regalis

---

(1) In una copia estratta dal primordiale atto originale nell'Ar-  
chivio di Piana da Nicolao Dorangrikj, che dall'Arcivescovo di Mor-  
reale Fra Arcangelo Gualterio fu eletto Archivario dell'Università  
suddetta addì 1<sup>o</sup> aprile 1613, leggesi: *Legionis XIII<sup>o</sup>*.

Il Del Giudice nella sua raccolta di *Privilegi e Bolle della Fon-  
dazione e dotazione della Metropolitana Chiesa e Monasterio di Mor-  
reale* (in fine al volume: *Descrizione del Real Tempio e Monasterio  
di Santa Maria Nuova di Morreale ecc. ecc.* di Gio. Luigi Lello, con  
le Osservazioni sopra le fabbriche e Mosaici della Chiesa ecc. ecc.  
opera del P. D. Michele Del Giudice Priore Cassinese ecc. ecc. Pa-  
lermo nella R. Stamperia di Agostino Epiro M.DCCII) legge anche  
egli: *decimo tertio* (p. 118).

(2) Il Del Giudice *op. cit.* legge: *de Eula* cioè *de Evula*, equiva-  
lente al cognome *De Evola*, o *Evola* che ancora esiste in varii Co-  
muni della Sicilia.

Vedi anche la nota (1) a pag. 14.



anno praesenti VI Ind. et Nicolaus de Altavilla civis Panhormi per totam Dioecesim eiusdem praedictae Montis Regalis Iudex ordinarius atque Notarius publicus et Testes subscripti, ad hoc vocati specialiter et rogati, praesenti Privilegio seu instrumento publico notum facimus et testamur quod in nostra infrascriptorumque testium praesentia personaliter constitutus Reverendus Dominus Nicolaus Trulenci Gubernator et Procurator generalis Archiepiscopatus et Civitatis praedictae Montis Regalis sua ut dixit contineri publico procuratorio instrumento expositione narravit, dicens quod cum inter caetera pheuda et territoria Archiepiscopatus et Civitatis praedictae Montis Regalis sit pheudum nuncupatum di lu Mercu, simul conjunctum cum pheudo nominato di Aydingli, situm et positum in valle Mazzariae, in contrata di la Scala della fimina, secus pheudum di Maganuci ex una parte, et pheuda di Santa Christina, di Frascinelli, Rachaliceusi, lu Casali et alios confines parte ex altera, in quo quidem pheudo di lu Mercu appareant et sint certa maragmata ruinosa et antiquata in quo videtur antiquitus fuisse casale constructum et habitatum, et Ioannes Barbati, Petrus Bua, Georgius Golemi et Ioannes Schirò, tam nomine proprio eorum quam nomine et pro parte Ioannis Machalusi, Thomasji Tani, Antonii Toia, Matthei Maza, Thodari Dragotta, Georgji Burlesci, Ioannis Parrino (1) et Georgji Ipsari absentium, nec non et quam plurimorum aliorum eorum sociorum perquirant et perquirere mittuntur, in quo loco ipsi post eorum exilium ab eorum patria expulsi possunt commode et congrue habitare, et multis per eos locuis, territoriis et pheudis visis, pensatis et decognitis, tandem uno consensu dictum locum in dicto pheudo tanquam congruiorem et aptiorem aliis elegissent, ipsi Ioannes Barbati et socii, propriis et quibus supra nomi-

(1) Questo cognome *Parrino* è una traduzione dell' albanese *Prifti* assai comune ancora in Albania. Così a Palazzo Adriano il cognome *Mirspi*, cioè *Mir-çpi* fu tradotto per *Bona Casa*.



nibus, supplicaverintque propterea ipsum Reverendum Dominum Nicolaum Trullenchi Governatorem praefati Archiepiscopatus et Generalem Procuratorem Reverendi in Christo Patris et Domini D. Ioannis Borges Archiep. dicti Archiepiscopatus ut asseritur contineri dicto publico instrumento procuratorio ut eis, propriis et quibus supra nominibus, et eorum heredibus et successoribus in perpetuum concedere voluisset locum supra nominatum in dicto pheudo di lo Merco existentem, ad illud scilicet habitandum et populandum et in eo eorum habitationes fundandum, aedificandum et construendum, in quo possint et valeant eo modo et forma et sub illis legibus et consuetudinibus vivere et habitare quibus vivitur et habitatur in Civitate ipsa Montis Regalis. Nunc est quod hodie die praedicto ipse Reverendus Dominus Nicolaus quo supra nomine praesens coram nobis huiusmodi supplicationi et petitioni inclinatus, ut dixit, etiam attendens ad commodum et utilitatem populationis et habitationis praedictae faciendae, resultantem, Domino dante, in dies Majori Ecclesiae dicti Archiepiscopatus et ipsi Reverendissimo Domino Archiepiscopo et suis successoribus in perpetuum, praesens coram nobis quo supra nomine, sponte obtenta prius licentia a Regia Curia ut infra, videlicet:

” *Ferdinandus Dei gratia Rex Castellae, Aragonum, Siciliae etc. Praesidentes in Regimine dicti regni Siciliae, Reverendo Nicolao Trullenchi Generali Procuratori Archiepiscopatus et Civitatis Montis Regalis, Oratori et Fidei Regio dilecto salutem. Quia vos idem, Governator et Procurator, nomine praedicto concedere intenditis, nostra praesunte licentia, ut in pheudis ipsius Archiepiscopatus nuncupatis di lu Merco et Aynidingli sitis et positis in valle Mazzariae, Thomasius Thani, Ioannes Barbatì, Antonius Toja, Mattheus Maza, Thodarus Dragotti, Ioannes Machalusi, Georgius Burllesi, Ioannes Camniti et Georgius Bruxari (1), Graeci (2) et ceteri, tam eorum proprio*

(1) Nella copia del Dorangrikj, sopra citata, invece di *Bruxari*



*nomine quam pro parte multorum sociorum, possint et valeant de novo erigere, construere et aedificare quoddam Rus et Casale habitabile juxta formam capitulorum inter vos pactorum et firmandorum, in posse Notarii Nicolai Altavilla, Magistri Notarii dicti Archiepiscopatus, dignaremur propterea vobis facultatem concedendi dictisque Thomasio et consortibus aedificandi licentiam concedere et impertiri si et quatenus nostrae hujus licentiae munimine opus est. Nos vero attendentes utilius esse ut pheuda et loca praedicta habitentur quam inhabitata remaneant, aliisque bonis respectibus moti, tenore praesentium Vobis praefato Reverendo Nicolao, nomine praedicto, concedendi praedictis Thomasio et consortibus aedificandi in dictis pheudis seu*

si legge *Bulgari*. Il primo cognome, per quante diligenti ricerche abbia fatte nell'Archivio della Madre Chiesa di Piana, non mi è stato possibile riscontrarlo, mentre negli antichi registri assai spesso si riscontra quello di *Bulgari*, che talora è scritto *Burgari*, e talora anche *Vurgani*. Il Del Giudice legge invece *Luxiari*, come pure *Rosia* e *Roscia* invece di *Toja*, *Taminiti* invece di *Camniti*, (nella copia Dorang. *Caminiti*), che nel nostro originale, per errore, è scritto *Canniti*, come pure è scritto *Goleno* in luogo di *Golemi*.

Per il fatto che né Giovanni Camniti, né Giorgio Bruxari, i cui nomi figurano nell'assenso del R. G. C., non intervennero poi nello atto del 30 agosto 1488, si può forse dubitare che essi fossero morti in quel torno di tempo. Costoro probabilmente non lasciarono figli, poiché nei registri antichi dell'Archivio matriciale di Piana non figura alcuno che porti il cognome di *Bruvari*, come si è detto, né quello di *Camniti*.

Ciò posto, è da credersi o che il Dorangrikj avesse creduto il cognome di *Bruvari*, (non esistente in alcun altro documento) come un semplice errore di scritturazione e che perciò vi avesse sostituito quello di *Burgari*; o che, decifrando erroneamente l'originale, egli avesse letto addirittura *Burgari*, senza intenzione di correggere, tratto a ciò sempre dal fatto della non esistenza in Piana del cognome di *Bruvari*.

(2) Quì gli Albanesi sono detti Graeci per la solita ragione del rito greco da lor professato. Vedi in sul proposito le note 5 e 21 della mia opera *Kœnkat e luftès* (Palermo, R. Sandron edit. 1897).



*in aliquo ipsorum, conjunctim vel divisim, ut praefertur, dictum Casale et novam habitationem faciendi licentiam tam dictam facultatem et plenum posse concedimus de nostra certa scientia et impartimur juxta formam dictorum capitulorum pactorum et firmandorum ut supra, dispensantes super quibusvis capitulis, Pragmaticis et constitutionibus Regni, in contrarium forte quoque modo disponentibus (1), juribus tamen Regiae Curiae et dicti Archiepiscopatus et alterius cujusvis semper salvis et illaesis remanentibus. Mandantes Spectabilibus, Magnificis et Nobilibus ejusdem Regni Magistro Iustitiario ejusque in officio Regio Locumtenenti, Iudicibus M. R. C. Magistris Rationalibus, Thesaurario et Conservatori Regii Patrimonii et ejus Regio Locumtenenti, Advocato quoque et Procuratoribus fiscalibus, coeterisque aliis dicti Regni Officialibus, quocumque titulo et dignitate fungentibus, tam praesentibus quam futuris, quatenus hujusmodi nostram licentiam et provisionem ac omnia et singula in ea contenta Vobis dicto Reverendo Nicolao et praenotatis hominibus Graecis, nominibus quibus supra, teneant firmiter et observent, ac teneri et observari per quos decet inviolabiliter faciant juxta sui seriem et tenorem et caveant a contrario pro quanto gratia regia eis cara est, et poenam florenorum mille, Regio Fisco applicandam, cupiunt evitare.*

*Dat: in Urbe felici Panhormi die XIII Mensis Ianuarii VI Ind. MCCCCLXXXVII. Ramon de Santa Pau: P. Julianus Centelles vidit; Alferius Thesaurarius bene stat; Franciscus Minutulus pro fisci Patronus. Domini Praesidentes mandarunt mihi Petro Cavaleri pro Prothonotario et ejus Locumtenenti et eam vidi; Alferius Thesaurarius et Franciscus Minutulus pro fisci Patronus; solvit tarenos sex Ioannes Bonamonita; Ioannes Adam Regius Locumtenens in officio Conservatoris, Registrata in Cancellaria,*

(1) Nel nostro originale leggesi invece *dispensantibus*.



*Registrata penes Prothonotarium* concessit et concedit in perpetuum tenore praesentium praefatis Ioanni Barbati et Sociis praesentibus propriis et quibus supra nominibus in perpetuum recipientibus, locum praedictum aptum et congruum, ut dixerunt, ad populandum, habitandum et in eorum habitationem construendum et fundandum, sub infra-scriptis legibus, conditionibus, juribus et consuetudinibus. In primis praefati Ioannes Barbati et Socii, propriis et quibus supra nominibus, infra annos tres numerandos a primo Septembris Anni VII Ind: prox: fut: usque et per totum Annum IX Ind: tunc sequentem teneantur et sint et intelligantur expresse obligati in dicto Casali di lu Merco fundare, instruere et aedificare eorum habitationes et domos et vineas plantare et alia aedifitia similia ad Rus et Casale facere et aedificare totum, vel in partem, alias liceat praefato Domino Nicolao, quo supra nomine, et suis successoribus dictum locum ad se advocare et dictos Ioannem et socios, propriis et quibus supra nominibus, a dicto loco expellere, et ipsi teneantur, ad suam requisitionem, illum vacuum et expeditum relaxare.

Item quod pro praefatis tribus annis, ut supra numerandis, praefatus Dominus Nicolaus, quo supra nomine, concessit et concedit praefato Ioanni Barbati et Sociis, propriis et quibus supra nominibus, omnia herbagia, mandragia et carnagia et alia quaecumque spectantia et pertinentia dictis pheudis di lu Merco et Aynidingli ut dicitur dicta pheuda inclusa et strasactata pro eorum usu, pro quorum pheudorum usu praefati Ioannes Barbati et Socii, propriis et quibus supra nominibus, teneantur, sint et intelligantur in solidum expresse obligati, et omnia eorum bona praesentia et futura hipotecata sub quibuscunque obligationibus, juramentis et renuntiationibus, a jure statutis et concessis tacite et expresse, in manibus meis infrascripti Notarii praestitis et firmatis, quolibet anno trium dictorum annorum in fine mensis Augusti scilicet cujuslibet ipsorum solvere et assignare praefato Domino Nicolao quo supra nomine uncias trigintaduas pro omni jure ipsorum pheudorum; quae



quidem pheuda limitari debent per Procuratorem ipsius Ecclesiae.

Item quod casu quo praefatus Dominus Nicolaus quo supra nomine eligerit et voluerit, sit tamen in sui et suorum libitum voluntatis, post finitum tempus trium dictorum Annorum, dicta pheuda di lo Merco et de Aynidingli ipsis Ioanni Barbati et Sociis propriis et quibus supra nominibus relaxare pro eorum usu, absque aliqua pecuniaria pensione (1) teneantur ipsi Ioannes Barbati et Socii, propriis et quibus supra nominibus, praefato Domino Nicolao, quo supra nomine, et suis in perpetuum haeredibus et successoribus in dicta Ecclesia majori Civitatis praedictae, solvere in dicto Casali decimam partem omnium eorum animalium, sub quocunque genere existentium, nisi de jumentis seu genere jumentorum et de vaccis, de quibus (2) solvere debent in pecunia, pro ut juris erit et tunc fuerit inter eos accordatum; nec non decimam partem Cereris, anno quolibet per eos recolligendae, (3) et decimam uvarum et omnium aliorum et singulorum fructuum procreandorum; plantandorum et per eos aedificandorum in dicto Casali, in ultimo Mensis Augusti cujuslibet anni in perpetuum et secundum temporis congruitatem et bona ipsa exigent.

Item quod praefati Ioannes Barbati et Socii, propriis et quibus supra nominibus, semper et omni futuro tempore in perpetuum teneantur et sint expresse obligati omnia eorum frumenta, quae molenda necesse erunt, molare molen-

---

(1) L'originale ha: *relaxti pro eorum usu usque ad aliquam pecuniariam pensionem*. Nella copia del Dorangrikj si legge: *usque ad reliquas pecunias pensione*. Evidentemente trattasi di errori di interpretazione.

(2) Nella nostra pergamena è detto *et vaccinae quibus*.

(3) La lezione da me a questo punto adottata è conforme a quella del Padre Del Giudice. Tanto l'originale, quanto la copia del Dorangrikj sono inintelligibili; nell'uno si legge: *ceteris anno quolibet per eos recolligere*; e nell'altra: *tenoris anno quolibet per eos recolligendae*.



dinis existentibus in territorio Ecclesiae praedictae, videlicet molendinis di Iatu, Malivellu, et in defectu ipsorum, molendinis dictae Civitatis, sub poenis statuendis et imponendis arbitrio praefati Domini Nicolai, quo supra nomine, et successorum in perpetuum in dicta Ecclesia et eorum officialium.

Item quod si praefati Ioannes Barbati et Socii in anno praesenti fecissent, (1) seu per eos in dictis pheudis di lo Merco et Aynidingli facta fuissent maisia, teneantur ipsi, propriis sumptibus eorum, solvere et satisfacere patronibus praesentibus herbagia ipsorum pheudorum tenentibus et possidentibus, pro ut de jure erit.

Item quod quandocumque in dicto Casali esset locus aptus in quo possit commode molendinum construi, aedificari et fundari, ipsi Ioannes Barbati e Socii, propriis et quibus supra nominibus, in perpetuum teneantur et sint expresse obligati certiorare ipsum Dominum Nicolaum, quo supra nomine, et successores in dicta Ecclesia in perpetuum et sit in sua et suorum potestate illud aedificandi, et nunquam ullo tempore liceat ipsi Ioanni Barbati et Sociis nec eorum in perpetuum haeredibus et successoribus molendinum in dicto Casali aedificare, absque expressa licentia praefati Reverendissimi Domini Archiepiscopi et suorum in perpetuum successorum.

Item quod praefati Ioannes Barbati et Socii, propriis et quibus supra nominibus ac eorum successores in perpetuum et alii quicumque qui in futurum habitaverint et steterint in dicto Casali teneantur et sint expresse obligati in persona et bonis solvere dictae Ecclesiae omni futuro tempore gabellas infrascriptas, videlicet scannaturam, Dohanam (2), boscagium, camperiam (3) et alias, quascumque

---

(1) Manca nell'originale il verbo fecissent.

(2) La parola *Dohanam* non si riscontra nell'originale; ma la riportano tanto il Dorangrikj, che il Del Giudice.

(3) L'originale ha: *comparam*.



solitas, debitas et opportunas (1) in dicta Civitate Montis Regalis et ejus territorio.

Item quod quolibet anno praefatus Dominus Nicolaus, quo supra nomine, et sui successores omni futuro tempore debeant in eodem Casale Graecos creare officiales solitos et consuetos, scilicet Capitaneum, Iuratos, Bajulum et alios necessarios Officiales qui habeant administrare justitiam in dicto Casali et per totum territorium ipsorum pheudorum inter eos.

Item quod Iustitiarius Civitatis Montis Regalis omni futuro tempore possit et valeat illis potestate, jurisdictione et mero et mixto imperio super dicto Casali ejusque habitatoribus uti, quibus sicut et quemadmodum utitur et quae habet et exercet in dicta Civitate et per totum territorium ipsius Archiepiscopatus.

Item quod per haec Capitula non intelligatur nec sit in aliquo generatum aliquod praejuditium nec derogatum juribus, praeheminentiis, potestatibus et privilegiis dicti Archiepiscopatus Montis Regalis, immo omnia ipsius Archiepiscopatus jura, praeheminentiae, potestates et privilegia, tam in spiritualibus quam in temporalibus, remaneant semper firma, valida et illesa; quae omnia praedicta et infrascripta fuerunt per ipsum Dominum Nicolaum, quo supra nomine et per dictos Ioannem Barbati et Socios, propriis et quibus supra nominibus, in perpetuum pactata, firmata et in manibus meis infrascripti Notarii sollemne interveniente juramento, jurata et promissa omni futuro tempore observare et in praemissis seu aliquo ipsorum non contrafacere vel venire aliqua ratione seu causa sub omnium eorum bonorum, propriis et quibus supra nominibus, praesentium et futurorum hipoteca et obligatione, cum refectione omnium damnorum, interesse, et expensarum litis, et extra et casu contraventionis in praemissis, seu aliquo praemissorum, liceat fieri ritus in persona et bonis ipsorum Ioannis Barbati

---

(1) Il Del Giudice legge: *consuetas*.



et Sociorum, juxta formam novi ritus. Unde ad cautelam tam praefati Domini Nicolai, quo supra nomine, quam praefatorum Ioannis Barbati et Sociorum, propriis et quibus supra nominibus, et aliorum quorum interest, seu interesse potest in futurum factum est ex inde praeseus publicum Instrumentum seu Privilegium publicum, et in hanc publicam formam redactum per me Notarium, supradictum et infrascriptum per ipsas partes vocatum et rogatum, nostrorum qui supra Iudicis et Notarii, ac subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum.

Dat: in dicta Civitate Montis Regalis, Anno, Mense, Die et Indictione praemissis.

Ego Ioannes de Vola (1), qui supra Iudex, me subscripsi manu aliena.

Ego Iacobus Susinno in praemissis omnibus interfui et testor.

Ego frater Iacobus Deutiallegra in praemissis omnibus interfui et testor.

Ego presbiter Antonius de Adversa in praemissis omnibus interfui et testor.

Ego Benedictus de Lapi in praemissis omnibus interfui et testor.

Ego Andreas Pumar in praemissis omnibus interfui et testor.

Testes honorabilis Iacobus Susinno, Frater Iacobus Deutiallegri, Andreas Pumar, Presbiter Antonius Mirrignaus (2), Benedictus de Lapi et Honofrius Antist.

Ego Nicolaus Altavilla Civis Pan. Notarius publicus, qui supra, praemissis omnibus interfui eaque rogatus recepi publicavi et in hanc publicam formam manu propria redegi,

---

(1) Invece di *de Vola*, di cui nella nota (1) a pag. 5, qui si ha *de Vola* cioè *d'Evola*.

(2) Il prete *Antonius Mirrignaus* è senza dubbio il teste *Antonius de Adversa*, che forse era inteso comunemente col soprannome *Mirrignao*.



subscripsi et meo solito signo signavi in fidem et testimonium praemissorum.

Ex actis quondam egregii Notarii Nicolai Altavilla extracta est praesens copia, per me Notarium Io. Aloysium Altavilla ejus fratrem et ipsorum actorum Conservatorem. Collatione salva.

Privilegia suprascripta confirmamus et quo ad creationem Magistri Notarii donec inter eos habiles reperiantur, ita confirmamus.

Alexand. Cardinalis Farnesius Archiepiscopus.

Dat: in civitate nostra Montis Regalis, die octavo Mensis Aprilis, Anni 1565.

Caesar Baratterius And.<sup>r</sup>.

Confirmamus ut ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Praedecessore nostro, ita confirmamus.

Don Ludovicus de Torres Archiepiscopus.

Dat: in Civitate nostra Montis Regalis die XI Maii 1574.

Don Ludovicus de Torres Vicarius Generalis.

Confirmamus ut ab Illustrissimis et Reverendissimis Dominis praedecessoribus nostris.

Ludovicus Archiepiscopus Montis Regalis.

Dat: in Civitate nostra Montis Regalis die XX Junii 1588.

Michael Checa secretarius.

« Per executione della quale nostra suprascritta provi-  
« sta et memoriale per noi decretato, vi dicimo et ordina-  
« mo expresse che alla predetta nostra Terra et Università  
« della Piana li dobbiate exequire et inviolabiliter osserva-  
« re et fare per cui si deve exequire et inviolabilmente os-  
« servare ad unguem lo predetto preinserto Privilegio et  
« acto de verbo ad verbum, a prima linea usque ad ulti-  
« mam, juxta earum seriem, continentiam et tenorem, sic-  
« come noi, in virtù delle presenti, volemo che quello ci  
« sia osservato et executo, siccome fosse da noi principal-  
« mente concesso, et così volemo et ordiniamo che se li  
« debbia in perpetuum osservare et exequire et non altri-  
« mente, non ne facendo il contrario, se la nostra gratia



« tenete cara; et ogni volta che si contravverrà, tante vol-  
« te siano in pena di mille fiorini d'applicarsi alla Nostra  
« Camera Arcivescovale.

« In cuius rei testimonium, et ut in futurum appareat,  
« has praesentes nostras observatorias litteras fieri feci-  
« mus, nostra subscriptione nostroque solito sigillo munita.

« Dat: in Civitate Corleonis et in discursu visitae,  
« Die XXI Novembris, V, Ind. 1606.

« Ludovicus Cardinalis Montis Regalis Archiepiscopus.

« Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Cardina-  
« lis Montis Regalis Archiepiscopus m. t. mihi Thomae Er-  
« ranti Mastro Notario Visitae.

« Vidit D. Iocobus Gotto *Vic. Gen.*, Thomas de Erran-  
« te *M.<sup>r</sup> Not. Visitae.*

Per copia conforme alla pergamena originale che si  
conserva nell'Archivio comunale di Piana.

(firmato) GIUSEPPE SCHIRÒ.

*Io qui sottoscritto Sindaco del Comune di Piana di-  
chiaro e certifico che la presente copia del documento so-  
pra riportato, che si conserva nell'Archivio del Comune  
sudetto è in tutto conforme all'originale, e che il signor  
Avv. Giuseppe Schirò vi ha solamente corretti alcuni er-  
rori materiali di scritturazione, confrontando l'originale  
medesimo con una antica copia di pugno del fu Nicolao  
Dorangrikj già Archivarjo di questa Università, la qua-  
le copia nell'Archivio predetto tuttavia si conserva, e con  
quella già pubblicata dal Rev. Michele Del Giudice, come  
io stesso ho potuto constatare.*

*In fede di che rilascio la presente.*

Piana, 21 aprile 1898.

*Il Sindaco*

firmato: LUIGI PETTA.

*Il Segretario Comunale*

firmato: GIOVANNI COSTANTINI.

(vi è il bollo)



---

Estratto dal Giornale *La Nazione Albanese*,  
Anno II, N. 14 e 16.

---